

# Anzeigebblatt

für die

## Erzdiözese Freiburg

Nr 17

Donnerstag, 3. Oktober

1912

(Ord. 12. 9. 1912 Nr 10082.)

### Almosensammeln durch orientalische Geistliche betr.

Um Mißbräuchen zu wehren, hat die S. Congregatio de Propag. Fide durch Dekret vom 1. Januar 1912 (A. Apost. Sedis 1912 S. 532 ff.) über das Kollektieren durch orientalische Geistliche neue strenge Vorschriften erlassen. Danach sind die Bischöfe verpflichtet, allen orientalischen Geistlichen das Almosen- (natürlich auch das Messstipendien-) Sammeln in ihren Diözesen zu untersagen, wenn dieselben nicht ein Erlaubnisdekret neueren Datums der Kongregation der Propaganda vorweisen; auch darf ihnen in diesem Falle weder das Lesen der hl. Messe noch die Vornahme anderer kirchlicher Funktionen gestattet werden.

Das Dekret lautet:

### S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE PRO NEGOTIIS RITUS ORIENTALIS

#### EPISTOLAE CIRCULARES.

Ad locorum Ordinarios latini Ritus, de non permittendis orientalibus eleemosynarum emendicationibus absque venia eiusdem S. Congregationis.

Illm̄e ac Rm̄e Domine,

Sacrae huic Congregationi de Propaganda Fide pro Negotiis Rituum Orientalium persaepe recursum habent clarissimi Viri in ecclesiastica dignitate et iurisdictione constituti, sive Ordinarii, sive apostolicae Sedis Delegati, sive alii, a suprema Auctoritate remedium flagitantes contra improbandam agendi rationem quorundam ad ritum Orientalem pertinentium, qui hac et illac, per Europae et Americae praesertim regiones, cursitant ad eleemosynas colligendas, quaesito colore vel praetextu propriae missionis necessitates sublevandi.

Huiusmodi viri pecuniam colligentes, qui fere semper ad clerum orientalem catholicum se pertinere dictitant, et quandoque etiam vestium ornamenta et titulos ecclesiasticarum praesefereunt dignitatum, exhibent documenta linguis et characteribus in Occidente parum cognitis conscripta, et sigillis variis munita, quae ipsi asserunt a Praelatis, vel etiam a Patriarchis orientalibus prodire, et fidem facere de viri ea ex-

hibentis honestate, et de necessitate eleemosynarum ad construendas vel reparandas ecclesias, ad scholas vel nosocomia aedificanda et sustentanda, ad orphanos alendos, aut populos clade vel fame percussos adiuvandos, vel ad aliud pium opus promovendum.

Persaepe autem accidit documenta allata apocrypha esse, virum ipsum sic emendicantem fraudulenter dignitatem et insignia ecclesiastica iactare et gerere (quae etiamsi constarent vere concessa a suis Patriarchis, tamen gestari non possent nisi intra limites territorialis iurisdictionis concedentis); quandoque etiam nec sacerdotio insignitum nec ad Ordines Sacros promotum esse: quinimo compertum est aliquando mendicantem non solum schismaticum sed et infidelem esse.

Saepe etiam scopus ad eleemosynas captandas allatus fictus omnino deprehenditur; et generatim pecunia collecta in bonum privatum personale ipsius cedit, absque ullo beneficio vel levamine orientalium fidelium aut praedictorum operum.

Quam perniciosa sit et turpis haec agendi ratio, nemo est qui non videat; nam bona fides et pietas catholicorum decipitur et fraudatur, Orientis gentibus et ecclesiis dedecus affertur, laeditur iustitia, et catholicum nomen non levem iacturam patitur.

Quapropter sacra haec Congregatio et ipsi summi Romani Pontifices semper conati sunt, ut hi graves abusus fraudulentae emendicationis amoverentur, uti constat ex litteris Innocentii XI datis mense ianuario 1677, Clementis XII diei 26 martii 1736, et ceteris omissis, ex monitione ad apostolicae Sedis Nuntios anni 1875.

Cum autem temporis decursu, dispositiones et monita a suprema Auctoritate lata in oblivionem decidisse videantur, Sedes apostolica etiam nuperrime rogata fuit, ut denuo supra memoratos abusus compesceret.

Attenta itaque hodierna itinerum facilitate, visum est non solum praeteritas de hac re dispositiones confirmare, sed etiam haec quae sequuntur statuere:

I. Ordinarii in sua dioecesi nullum Orientalem admittant pecuniae collectorem cuiusvis Ordinis vel digni-

tatis ecclesiasticae, etiamsi exhibeat authentica documenta quolibet idiomate exarata et sigillis munita, nisi authenticum ac recens praebeat Rescriptum sacrae huius Congregationis, quo facultas eidem fit, tum a propria dioecesi discedendi, tum eleemosynas colligendi.

II. Quod si, neglectis hisce apostolicae Sedis mandatis, aliquis Orientalis ecclesiasticus vir, etiamsi commendatitiis Praelati sui literis munitus, Europam, Americam vel alias peragret regiones ad eleemosynas colligendas; Ordinarius loci in quo versatur, eundem moneat de vetita emendicatione, eumque non admittat ad Missae celebrationem nec ad aliorum ecclesiasticorum munerum exercitium.

III. Si autem pervicacem se prodat, Ordinarius, etiam per publicas ephemerides, clerum et fideles moneat huiusmodi pecuniae quaestus ut illicitos et reprobos habendos esse.

IV. Demum, si aliquod dubium oriatur, Ordinarii ad hanc sacram Congregationem referant, quae opportune providebit.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide pro Negotiis Ritus Orientalis, die 1 ianuarii anni 1912.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus*.

Hieronymus Roller, *a Secretis*.

Im Anschluß hieran bestimmen wir, daß keinem orientalischen Geistlichen, welchen Rang er sich beilegen mag, das Celebrieren der hl. Messe sowie die Annahme von Almosen oder Messstipendien zu gestatten ist, wenn er nicht neben dem erwähnten Attest der S. Propaganda eine schriftliche Erlaubnis des Freiburger Ordinarius neuesten Datums vorweisen kann. Sollten diese Zeugnisse fehlen oder deren Echtheit zweifelhaft erscheinen, so ist ungesäumt an uns zu berichten.

Freiburg, 12. September 1912.

### Erzbischöfliches Ordinariat

(Ord. 12. 9. 1912 Nr 10081.)

### Die Weihe der Kreuze und Rosenkränze mit den Kreuzwegablässen betr.

Durch Dekret des hl. Offiziums vom 24. Juli 1912 wurden die bisher an Welt- oder Ordenspriester verliehenen Privilegien, Kreuzfize und Rosenkränze durch die Weihe mit den Kreuzwegablässen zu versehen, aufgehoben und nur die den Franziskanern und Kapuzinern gewährte Vollmacht, Kreuzfize mit den Kreuzwegablässen auszustatten, aufrechterhalten. Kreuzfize oder Rosenkränze, die vor Veröffentlichung dieses Dekretes von einem be-

vollmächtigten Geistlichen mit den Kreuzwegablässen versehen wurden, gehen dieses Vorrechtes selbstverständlich nicht verlustig.

Das Dekret (A. Ap. Sed. 1912 S. 529) hat folgenden Wortlaut:

### S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

#### DECRETUM

DE INDULGENTIIS PIO VIAE CRUCIS EXERCITIO ADNEXIS.

Pium *Viae Crucis*, ut aiunt, exercitium, ad salutiferam sanctissimi D. N. Iesu Christi Passionem recollendam, a Romanis Pontificibus enixe commendatum ac pluribus indulgentiis ditatum fuisse neminem latet. Et quoniam non semper nec ab omnibus, erectas regulariter Stationes obeundo, peragi illud poterat; non defuit apostolica Sedes, pro iis qui aut infirma valetudine aut alia iusta causa impedirentur, brevioribus precibus, ante simulacrum Ssni Crucifixi per Fratres Minores — queis ex privilegio apostolico pii eiusdem exercitii moderamen spectat — ad hoc benedictum recitandis, easdem indulgentias adnectere.

Cum igitur per huiusmodi concessionem omnium fidelium utilitati satis consultum fuerit; Eñi ac Rñi DD. Cardinales Inquisitores generales, in plenarij conventu habito feria IV die 8 maii currentis anni, omnibus mature perpensis, consulendum Ssno decreverunt, ut quascumque alias, praeter mox memoratam, hac super re concessionem, nominatim vero quae *Coronas*, quas vocant, *Viae Crucis* respiciunt revocare, abrogare ac penitus abolere dignaretur: insimul declarando, facultates omnes *Coronas* supradictas hunc in effectum benedicendi, sacerdotibus quibuslibet, tam saecularibus quam regularibus, in praestantioribus etiam dignitatibus constitutis, hucusque quomodocumque impertitas, statim ab huius Decreti promulgatione, nullius amplius esse roboris.

Et sequenti feria V die 9 eiusdem mensis et anni, sanctissimus D. N. Pius divina providentia Pp. X, in solita audientia R. P. D. Adessori S. Officii impertita, Eñorum Patrum votis annuens, propositam ab eis resolutionem, suprema Sua auctoritate, in omnibus et singulis adprobare et confirmare dignatus est.

Contrariis quibuscumque, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 24 iulii 1912.

M. CARD. RAMPOLLA.

L. † S.

† D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

Freiburg, 12. September 1912.

Erzbischöfliches Ordinariat

(Ord. 26. 9. 1912 Nr H 1406.)

**Die Aufstellung der Voranschläge für die kirchlichen Fonds in Hohenzollern betr.**

Die Kirchenvorstände der katholischen Kirchengemeinden in Hohenzollern werden darauf hingewiesen, daß die Voranschläge für die nächste Voranschlagsperiode auf 1. November d. J. aufzustellen und bis längstens 20. November d. J. von der Gemeindevertretung festzustellen sind; bis spätestens 10. Dezember d. J. hat sodann die Vorlage an das Erzbischöfliche Kammerariat zu erfolgen. Für diejenigen Fonds, für welche als Rechnungsjahr die Zeit vom 1. April bis 31. März eingeführt ist, sind die Voranschläge auf 1. und 20. Februar 1913 auf= bzw. festzustellen und auf 10. März 1913 vorzulegen.

Zur genauen Beachtung wird auf unsere Erlasse vom 1. Oktober 1908 Nr. 11 102 — Anzeigebblatt 1908 Nr. 19 — und vom 22. September 1910 Nr. H 1209 — Anzeigebblatt 1910 Nr. 17 — verwiesen.

Freiburg, 26. September 1912.

**Erzbischöfliches Ordinariat**

(Ord. 24. 9. 1912 Nr 9990.)

**Wiederherstellung von Paramenten betr.**

Fräulein Fanny Reitmaier, Freiburg, Hildastraße 26, wird gemäß Ziff. 5 unserer Bekanntmachung vom 14. Oktober 1909 Nr. 10924, den Verkauf kirchlicher Altertümer betr. (Erzbischöfliches Anzeigebblatt 1909 Nr. 16) zur Wiederherstellung von Paramenten aus den Kirchen der Erzdiözese zugelassen.

Freiburg, 24. September 1912.

**Erzbischöfliches Ordinariat**

(Ord. 28. 9. 1912 Nr 10607.)

**Das Dispenswesen in Ehesachen betr.**

In der Erzbischöflichen Verordnung vom 15. Februar d. J. (Anzeigebblatt 1912 S. 29—36) ist S. 30 Ziffer 1c (erste Spalte, Zeile 16 von oben) beizufügen: „Dem Tauspaten und Patenkind“, was an der betreffenden Stelle handschriftlich nachgetragen werden wolle.

Freiburg, 28. September 1912.

**Erzbischöfliches Ordinariat****Pfründebesehung**

Die kanonische Institution hat erhalten am

8. Sept.: Martin Stegmüller, Pfarrverweser in Strümpfelbrunn, auf diese Pfarrei.

**Resignationen**

Seine Exzellenz der Hochwürdigste Herr Erzbischof haben die Resignation des Pfarrers Johann Baptist Rünzi auf die Pfarrei Leutkirch mit Wirkung vom 24. September d. J. und die Resignation des Pfarrers Jakob Maier auf die Pfarrei Zimmern, Dekanats Lauda, mit Wirkung vom 1. Oktober l. J., beide cum reservatione pensionis, angenommen.

**Verseetzungen**

14. Sept.: Franz Neumaier, Vikar in Friedrichsfeld, i. g. E. nach Bimbach.  
 26. " Adolf Brucker, Vikar an der Herz-Jesu-Kirche in Mannheim, als Pfarrverweser nach Mosbach.  
 26. " August Hermann, Vikar an der Hl. Geist-Kirche in Mannheim, als Pfarrverweser nach Löffingen.  
 26. " Ernst Otto Gokel, Pfarrverweser in Nach, i. g. E. nach Reichenbach, Def. Ettlingen.  
 26. " Karl Haungs, Pfarrverweser in Gernsbach, i. g. E. nach Karlsruhe, Liebfrauen-pfarrei.  
 26. " Gustav Wilhelm Kengelbach, Pfarrverweser in Bühl, Def. Offenburg, i. g. E. nach Salem.  
 26. " Stephan Meher, Pfarrverweser in St. Ulrich, i. g. E. nach Honau.  
 26. " Hermann K. Müßle, Pfarrverweser in Ottersweier, i. g. E. nach Bohligen.

**Sterbfälle**

22. Juli: Eduard Eglau, resignierter Pfarrer von Schelingen, † in Ottersweier.  
 24. Sept.: Ernst Krieg, Pfarrer in Balg.

R. I. P.

**Mesnerdienstbeseetzungen**

Als Mesner wurden bestätigt am

20. Juni: Schuldiener Albert Lutringer an der Kuratie-kirche in Leopoldshöhe.  
 16. August: Landwirt Albert Schnebelt an der Pfarr-kirche in Schutterwald.  
 22. " Alfred Brecht an der Pfarrkirche in Abstadt.